



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iudicium Philippi Melanthonis De Controversia Coenae
Domini**

Melanchthon, Philipp

Ratisponae, 1560

VD16 M 3533

Scholia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29449

S C H O L I A.

(L) AVTHORITAS HESHVSII.) Non Heshusij, sed Christi ea est authoritas, vt ipsi potius, q; Patrib. & Philippo assentiamur. An Patres dissenserint, adhuc sub iudice lis est. Philippus se fatetur dissētire, reiectis Christi verbis & interpretatione: Necessario ergo ab ipso rursus nos dissentimus.

(M) PONTIFICIVM DOGMA) Nouit ipse nos abhorrere animis & sententijs à Papisticis idolomanis in hoc Sacramēto, & tamen audet paſsim impingere, easdem ipsas confirmari à nobis. Nam hæc ei firma quædam ratiocinatio videtur, ad nos insectandos, quam mihi aliquando, exuli ab hac mea Ecclesia in mensa obijciebat, & tribuebat Pflugio: Ad quid esset in manib. aiebat (ex sententia Pflugij, vel potius sua) nisi vt offeratur, adoretur &c? Cui cum ego simplici animo ex verbis Christi responderem, nihil etiam suspicans mali: Ad hoc esse in manib. vt edatur, & bibatur, subiratus ille vicissim respondebat: Non sic refutantur Papistæ: Transsubstantiatio & consubstantiatio (hac nostros notabat scz) Ist eine wie die ander. Testor Deum, q; vera hæc narro.

(N) NOVA) Transsubstantiationē, adorationem Papisticam, tropologizationem Cinglianam, vtramq; ad iūtos siue veteres, siue nouitios rejicimus authores: Unionis Sacramentalis, seruata vtriusq;, panis & corporis Christi substantia & p̄sentia, ad commendandam eius antiquitatem, vltiori principio, q; Christi institutione, & declaratione Apostoli, alio non egemus.

C 2 NOTHA

(O) NOTHA) Non nothis & adulterinis, sed
genuinis & veris Christi & Pauli testimonij necessitate ha-
benuit rem iudicare, quib. nititur in hac causa, tota nostra
fides. Habent postea suum etiam locum probatæ anti-
quitatis indubitata testimonia, quæ minime aspernamur.

T E X T V S.

Nec vero iam institui longam disputationem: Nec
cum (P) contentiosis, qui idola & (Q) parricidia
stabiliriunt, disputare volo, quorum sancticiam (R) & ego
experior: Sed tantum pro meo iudicio significare volui,
quid in illo loco pro infirmitate teneræ Ecclesiæ facien-
dum esse existimem: Ac maneo(R) in hac sententia, con-
tentiones vtrinque (T) prohibendas esse, & forma(V) ver-
borum vna & simili vtendum esse. Si quib. hæc non
(X) placent, nec volunt ad (Y) communionem accedere,
his permittatur ut suo iudicio vtantur, modo non faciant
distractiones (Z) in populo. Oro autem filium Dei
Dominum nostrum Iesum Christum, sedentem ad dex-
tram æterni Patris, & colligentem æternam Ecclesiam
voce Euangeli, ut nos doceat, (A) gubernet & prote-
git. Opto etiam ut aliquando in pia Synodo
de omnibus controversijs horum temporum
deliberetur. (B)

Ex autographo.(C)

SCHO-